

Ranulf Flambards war die Frage der Anerkennung simonistischer Weißen akut geworden — und auch die einzige Synode, die Anselm abhielt, die Westminstersynode von 1102. Der erste Punkt ihrer bei Eadmer überlieferten Akten¹ ist die Einschärfung des Simonieverbots und die Absetzung einiger simonistischer Äbte. Wir werden nicht fehlgehen, wenn wir diese Verfügung ebenso wie Anselms Verhalten in der Investiturfrage auf die Erfahrungen zurückführen, die er während seines ersten Aufenthalts an der Kurie und in Frankreich gemacht hatte.²

Incipit liber domni Gisleberti abbatis de symoniacis.

DILIGENDO patri et domino sancte Cantuariensis ecclesie summo pontifici Anselmo frater Gilebertus abbas Westmonasterii *que preparavit Deus diligentibus se*.³

1 Quia vobis multam Deus concessit gratiam in scripturarum sensibus, precor, ut audiat, quid me ac plures alios mecum moveat de symoniacis, et quid super hoc tenendum sit, ecclesiasticis assertionibus edoceatis. Utque minori tedio ad quesita respondeatis et, que hinc atque inde dicuntur coram posita, liberius atque subtilius discutiat, utramque partem questionis ad quem potui finem vestigando perduxit et, que ex utraque parte dici possunt, eque scripta posui, quid convenient et unde controversia existat.

2 Id equidem apud omnes convenit et constat de symoniacis, quia sunt heretici. Symoniacos dicimus, qui munus dant pro sacris ordinibus; excludo^a munus a lingua, munus ab officio^b et si qua alia nobis sunt occulta exhibitionum genera. Vereor comminantem apostolum: *nolite, inquit, ante tempus iudicare, donec veniet dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium*.⁴ Tamen audiant nobiscum, quod idem ait apostolus: *nolite errare, Deus non irridetur*.⁵ Audiant et, unde iustum hominem propheta commendat: *qui excutit manus suas ab omni munere*.⁶

^a) exclusio ^b) vermutlich: obsequio nach der Definition Gregors I. in evang. lib. I hom. 4, 4 = Gratian C. I q. 1 c. 114.

¹) Hist. nov. ed. M. RULE (London 1884, Rolls Series) 142. ²) Vgl. hierüber grundlegend F. LIEBERMANN, Anselm von Canterbury und Hugo von Lyon in: Hist. Aufsätze dem Andenken an G. WAITZ gewidmet (Hannover 1886) 156—203. ³) 1. Cor. 2, 9. ⁴) 1. Cor. 4, 5. ⁵) Gal. 6, 7. ⁶) Jes. 33, 15.